~~44~~21. Sztuki piękne № 137

Vorzügl. ca. 1523

500.

Modus regulariter accentuandi lectiones Matutinales prophetias necnō epistolas ⁊ euangelia.

AD LECTOREM.

Si quid in hoc uicīj, cernas pugnare libello
Emendare uelis lector amice rogo.
Siue itidem excuses si qua ratione ualebis
Nec tentes rabidi rodere more canis.
Penses ꝙ nihil est ex omni parte beatum
Quodqꝫ error cūctis accidit ingenijs.
Nunc ualeas felix, & longos uiuito in annos
Et superes Phrygios Nestoreosqꝫ dies.

CONTRA INVIDVM.

Qui ducis uultus & non legis ista libenter
Omnibus inuidias liuide nemo tibi.
Vt gallus reprobat gemmam uel talpa lucernam
Sic delirus homo nobile dogma fugit.

CVm regularis debitaq; pronũciatio uniuscuiusq; uocis (quæ finis grãmaticæ prosodia nũcupatur) utilitatis permagne (nedum in accentuatione lectionum quarũcunq; ecclesiasticarum, uerum etiã in cuiusuis sententiæ expræßione) esse dinoscitur, ut id fermè latinæ linguæ interpretes edocuerunt & scripsisse liquide dinoscuntur, præsertim ipse Priscianus author omnium grammaticorũ q̃ maximus, Ioannesq; Ianuensis Catholicon identidem, non minus pernecessarium & commodũ esse persuasit. Singularius tamen quæ dico cuiuis clerico ad cultum ordinato diuinum, hæc scientia accentuandi est q̃utilißima, & summe oportuna. Quare cauendum est, ne negligentius contrahatur, sed priuata diligentißime cura perquiratur. Quocirca ut quisq; clausulæ competens exitus sonorositatis habeatur, inprimis scitu dignum est, quid sit accentus. ¶ Accentus scd̃m Ioannẽ Ianuẽsem ĩ Catholicone diffinitur sic, ẽ regularis modulatio uocis facta in pronunciatione significatiua, principaliter adiacens primæ syllabæ. Vel sic, est certa lex siue regula ad eleuandam uel deprimendam syllabam uniuscuiusq; particulæ orationis. Et dicitur ab ad & cantus, d mutata in c, & a in e, quasi ad cantum, siue iuxta cantum situs. Et est duplex Regularis uidelicet & Irregularis. Regularis est quando dictio accẽtuatur secundum regulas artis grammaticæ prosodiam concernentes ut huius dictionis dominus primam producendo, & reliquas duas grauando. Irregularis per oppositum. Sed quia dictum est in dictione modulatio uocis. Vnde modulatio est triplex. Metrica, Mellica & Prosaica. ¶ Metrica est quæ fit in carminibus poetarum. ¶ Mellica est quæ attenditur in cantilenis, carminibus siue tropis. ¶ Prosaica est quæ in oratione soluta attenditur, secundũ regulas datas ex Prosodia, quæ nostri est propositi, principaliter adiacens uni sillabæ, ad innuendũ q̃ accẽtus prædominãs principaliter prædominatur uni syllabæ in quã cadit, & inest ei tãq̃ subiecto proprio in quo est, licet ex cõsequenti dictioni adiudicatur illius syllabæ tanq̃ illi in quo demonstratur, ut dicit Priscianus in libro de accentibus,

Accentus est quadruplex.

Grauis

Est qui tantum deprimitur, & non eleuatur, & causatur dupliciter Primo quando fit depreßio syllabæ ab accentu predominãte in tertiam, ut fit in subdistinctione, & hoc tantũ in biſſyllabis & polisyllabis in diſſyllabis ſemper ſecunda deprimitur ut hic.


diãt deus ueſter

℄ In poliſyllabis uero habentibus penultimam longam ultima deprimitur.


deum amate

℄ In habentibus autem penultimam breuem eadem penultima deprimitur. ut hic


(diãt dñs.

Secundo quando fit ſaltus à ſyllaba ſuper quam cadit predominãs accẽtus ĩ quintã et hoc tã ĩ lõga q̃ in breui.

℄ Exemplum de longa.


cœlum & terram.

℄ De breui exemplũ.


et a it dominus.

Acutus

Est qui deprimitur & rurſus leuatur ut quando fit eleuatio de una in tertiam, & hoc in ſubdiſtinctione in dictionibus monoſyllabis, hebraicis et barbaricis. ℄ Exẽplũ.


Dixit autem deus ad Abraam, ut deſcenderet.

De monoſyllabis exẽplũ


fecerunt me.

Et hoc in ſubdiſtinctione tantum, quoniam in plena diſtinctione moderatum capiunt accentum ut dicetur inferius.

Moderatus

Est participans naturam grauis & acuti & eſt quando fit depreßio in tertiã et ĩ ſcd'am leuatio et talis fit in dictiõibus monoſillabis barbaricis hebraicis ĩ plena diſtĩctiõe ſeu ĩ fine ptiaule clauſule poſitis ut hic


Et in puluerem reduces me.
dixit dominus ad Moyſem.

Circũflexus.

Est qui incipiẽs à graui tandem in altum tollitur & poſtremo rurſus deprimitur, & eſt quando tertia ſyllaba à fine alicuius clauſule deprimitur in quartã & penultima leuatur in ſcdam & rurſus ultima deprimitur in tertiam, et hoc in illis quæ penultimã habẽt lõgam ut hic.


Paßio domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Lucam.

℄ In his uero quæ ſui penultimam habent breuẽ, quarta ipſorum deprimitur tertia leuatur, & penultima cum antepenultima iterum deijcitur ut hic.


Iube domine benedicere

Sed iſte iam ceſſit ab uſu noſtro q̃uis tamen ad huc nonnulli eo utantur ut religioſi & in paßione

Capitulū primū de pronūciatiōe lectionū.

Omnis clausula lectionū matutī- vuliū ac pphecīarū aut terminātur ī dictionē.

Monosyllabam & hoc dupliciter, aūt enī talis monosyllaba ponitur.

In fine orationis siue clausule nondū totaliter completæ quo ad perfectionem, sicut cōmuniter fit in subdistinctionibus & tunc talis dictio monosyllaba acuto accentu est pronuncianda ut patet in his et similibus exemplis ut



Manus tuæ domie fecerūt me

In fine orationis siue sententiæ totaliter completæ ut fit in plena distinctione, tunc talis monosyllaba moderato accentu pronuncianda est ut

infernus domus mea est



nūerus mensiū apud te est

Excipiuntur tamen dictiones encleticæ, scilicet, q;, ne, ue, quæ non moderato sed graui accentu proferuntur ut hic

et exaudisti me



Dysillabam, & tunc accentus principalis semper cadit supra primā sillabā illius dictiōis dissyllabæ siue ipsa sit lōga, siue breuis.

De breui.



spiritus domini ferebatur super aqnas,

De longa.

dixit q; putas ne dominusue



filius datus est nobis

Pollisyllabā et hoc dupliciter aut enī talis habet penultimā.

Longā & tunc accentus prædominans eandē occupat ut hic

et subito probas illū



Breuem & tūc accentus prædominās cadit super āte penultimā siue ipsa sit lōga siue breuis exēplū de lōga.

populus meus nō itellexit

pedū meorū cōsiderasti






nāq̄ in eodē statu permanet

inuocantē exaudiuit dominus

porriges dexteram



Dictiones barbaricæ hebraicæ quo admodū accētuandi grauātur dupliciter.

Aut enim sunt declinabiles secundum formam dictionū latinarū, & sic subiacent regulis accentuū datis de dictiōibus latinis, exempli gratia.

proles dauidis. inclita

fugiamus Isra helem. archangelum Gabrielem

aut sunt indeclinabiles & hoc dupliciter

Vel ponūtur in fine clausulæ nondū totaliter cōpletæ, & sic acuto accentu sunt proferendæ ut



Dominus deus Israhel custodite uias meas

Vel ponuntur in fine orationis siue clausulæ totaliter completæ, et tūc moderato accētu sunt pronūciādæ, præcise sicut de monosyllabis dictū est ut hic



Abraā habitauit in terra Canaan


¶ Conclusiones uero finales prophetiarum & tenebrosarum matutinarum & uigiliarum quartam differentiam septimi toni imitantur.


diāt dominus omnipotens


¶ Lectiones uero matutinales graui accētu concluduntur, habendus tamen est respectus, si in polisyllabas desinant. Si enim tales penultimam habent longam, supra eādem capiunt accentum praedominantem ut,


Tu autē domine nostri miserere

¶ Si uero talis pollisyllaba penultimā habeat breuē tūc accētus praedominās cadit sup āte penultimā ut. Et eodem modo etiam inchoantur


Cōuertimini ad me & salui eritis.

Omnis clausula epistolarum aut terminatur in dictionem monosyllabā, aut dissyllabā, aut trisyllabam, aut tetrasyllabā, aut plusq̄ tetrasyllabam. Si terminatur in


Iube domine benedicere.

Capitulum secundū, de pronūciatione epistolarum.

¶ Dissyllaba & tunc prima illius dissyllabae eleuatur, siue sit longa siue breuis de longa exemplū.


scriptum est.

de breui exemplū.


nō q̄rit quae sua sunt. mendax est mea est

Pollisyllaba & sic talis si habet penultimam longā ipsam erigit ut hic



nomē eius Ioānes est

Si uero habuerit breuem penultimā tūc antepenultimam sui eleuat, ut


deus charitas est.

Monosyllabā & hoc dupliciter aut { In unam & hoc dupliciter aut eam praecedit dictio. / Induas et sic tripliciter āt .n. ipsā praecedit dictio. }

¶ Monosyllaba & tunc eadem tertia debet eleuari nisi sit encletica quia talis deprimitur, syllaba immediate praecedēte erecta exemplū primū.


grā dei sum id q̄d' sum. aduersus hmōi nō ē lex


¶ Dissyllaba, et sic eius prima eleuatur, si praedicta uerbū ij. d' et dic. Exemplū ij. praecedētis



ue sit lōga ut hic. et affer ad me



Siue sit breuis ut hic.


Filius dei est hic

dixitq; hoc rex mādatq; hoc lex

Pollisyllaba & sic dupliciter aut habet penulti. { ¶ Longam et sic eā eleuat ut hic


finis illorū mors est.

Breuē et tūc antepenultimā erigit ut hic.


dixit dn̄s ad me uolui uenire ad uos

Monosyllaba, & sic eadem eleuatur, nisi sit encletica, qa talis semp deprimitur sylla ba imediatæ præcedēte erecta, exēplū

exemplum secundi.





dixitq; matri

Dissyllabā & hoc tri pliciter aut enī eam præ cedit dictio.

Disillaba et sic quoniā deus erat cū illo. dixitq; eis.

pria eius e leuatur, Hētis formā nostrā



sue breuis ut



Et inuestigabiles uiæ eius

sue sit lōga ut. Quoniā dixit eis. apperiēs os suū dixit


Pollisyllaba & sic du pliciter aut enī talis ha bet penultimam.

Longā et sic candē eleuat ut hic.



in honore dei. baptisati sumus

Breuē et tūc ātepe nultimā ele uat ut hic.



suffiat tibi grā mea transiliens colles in auribus meis.

Lōgā et hoc tripliciter āt enī talē tri syllabā præ cedit dictio

Monosyllaba & sic eadem eleuatur, nisi sit encletica. quia tūc deorsum pellitur syllaba imediate præcedente erecta exemplū I.



spe gaudetes

exemplū ij.



uiditq; sedentē

Dissyllaba, et tūc ultīa ele uatur ut hic.



ipsum audite

Quāuis scdm usū pria dissyllabæ leuatur ut hic



pacē habētes

Pollisyllaba & tūc talis siue habuerit longam siue breuē ultimam sui eleuat capite trissyllabæ depresso ut hic



et orantes dixerūt.

Trisyllabā et hoc du pliciter, qa uel talis ha bet penul timam.

Usus tamen nonnullarum ecclesiarum habet, q; si huiusmodi pollisyllaba præcedens trissyllabam, fuerit ex penultima longa tunc eandem eleuat. Si uero ex penul tima breui, tunc antepenultimā sui eleuat, exemplum primi.



dixerunt euntes dei ordinatiōi resistit

exemplū scdi.



in domino cantabo īterprætatio sermonum hereditate domini morabor

Breuē & sic tripl'r aut enī eā præcedit dictio

Monosylla ba & sic du pliciter

Vna tantū, & tunc ultima syllaba dictionis im mediate præceden tis eleuatur regula riter ut hic



non litera sed spiritu per quem fecit & secula qui operatur omīa in omī bus

Duplex & tunc prima earū ele uatur, nisi sit en cletica. exemplum primi.



qui natus est ex spiritu.

Dissyllaba, & tūc talis prima sui eleuat ut hic.



in falsis fratribus

Exēplū scdi præcedētis.



surrexitq; & ab ijs.

Pollisyl. et tūc si talis habet penultimā longā ipsā eleuat ut hic



dedit illi coronā gloriæ

Si uero habuerit penultimam breuem tunc antepenultimam sui erigit, ut hic



pro fratribus anias ponere demum apostolus omnibus.

Tetrasyllabam & hoc dupliciter aut enim talis habet penultimā

Longam & tunc prima illius tetrasyllabæ eleuatur, siue sit longa siue breuis ut hic



in hoc uerbo instauratur

Istud tamen scitu non indignum, q, si talis tetrasyllaba habuerit penultimam longam, & antepenultimam breuem, id est illā syllabam quæ sequitur accentū prædominantē, tūc nō abusiue quita eleuatur, hoc est illa syllaba q̄ immedia te præcedit illā tetrasyllabā ut hic



cū sitis ipsi sapientes q̄cūq; uultis illa faciatis

Breuem & hoc fit tripliciter aut enim ipsam præcedit dictio.

Monosyllaba, & tūc talis eleuatur nisi sit encletica, quia talis deprimitur.

Exemplum primi.



q̄ cum credidimus.

Exemplum secundi.



dixitq; militibus.

Dissyllaba et tūc ultima eius eleuatur ut.



semitæ eius pacificæ

Licet prima talis dissyllabæ eleuetur primus tamē modus ē cōueniētior

Polisyllaba & tūc quælibet talis eādē sui eleuat capite tetrasyl. depresso.



ordinē melchisedech

Nonnulli uero usum potius q̄ artem respicientes penultimam huius polisyllabæ si est longa eleuare solent, ut hic



in tesauris pecuniæ

Si uero sit de penultima breui, tunc antepenultimam erigunt. Primus tamen modus est regularior, & conuenientior quare magis tenendus, posterior uero ut abusiuus uitandus.



discretio spirituū

Longā & tūc illā syllabā quæ præcedit antepenultimā, hoc est quartā à fine eleuat, siue talis sit longa ut hic



siue bre



In tēpore uisitatōis . . uis, ad utilitatem. dilectio sine simulatōe. in hilaritate.

plusq̃ tetrasyllabam & hoc dupliciter, aut enim talis habet penultimã.


Conuenientius tamen est ut talis sylla ba quarta si est breuis deprimatur & quinta eleuetur ut hic



Breuem, & tunc si quinta syllaba à fine sit longa ipsam e= leuat ut hic.



Si uero quĩta sillaba à fine fuerit breuis tũc sexta ẽ leuãda ut hic.



Capitulum tertium de pronuntiatione euangeliorum.

Omnis clausula sacri euangelij aut terminatur in dictionem monosyllabam, dissyllabam, trisyllabam, plusq̃ trisyllabam.

Si in monosyllabam & hoc tripliciter aut enim præcedit eam dictio

Monosyllaba, & tunc hæc ipsa monosyllaba præcedens deprimitur regulariter quacũq; alia dictiõe sibi antepo= sita ut in his patet exemplis.



Si autem monosyllabas tales in fine clausulæ positas, encletica ãtrocesserit, tũc eadẽ deprimitur ut hic. Exemplũ de encle.




Dissyllaba & tunc ultima illius dissyllabæ monosyllabam præcedentis deprimitur. ut



Potest tamen non abusiue prima talis dissyllabæ deprimi ut



Longam & tunc ultimam sui deprimit. Arti enim nihil repugnaret, si penultima talis pollisyllabæ detrudatur capite eiusdem erecto. exemplũ pri.



exemplũ scdi.



Pollisyllaba et sic dupliciter aut enĩ habet talis penultimã longam aut breuem.

Breuem, et tunc eadẽ pariter cum ultima deprimitur ut hic.



Monosyllaba, et tũc talis deprimitur secundũ usum ut hic.




pater meus agricola est

Poterit tamen etiã talis dissyllaba finalis, quam monosyllaba præcedit caput suum grauare ut hic.



Dissyllabã, & sic tri
pliciter aut enĩ eam præ
cedit dictio.

Nisi talis monosyllaba fuerit encleticæ quæ sem
per deprimitur ut hic.



dixitq; illi.

Dissyllaba & sic semper
ultĩa dissyllabæ præcedẽtis
deprimitur, siue sit lõga siue bre.

Filius tuus uiuit
gaudio magno ualde.

Pollisylla
ba et hoc du
pliciter aut
enim habet
penul.

Longã & tũc ultĩã
eiusdẽ polisyllabæ
deprimitur ut hic.



Fili dauid miserere mei
Et uenimus cũ muneribus adorare eum

Breuem, & tunc ta
lis penultima breuis
pariter cum ultima
deprimitur ut hic.



Dixit Iesus discipulis suis
timentibus eum
misericordiæ suæ.

Longã, & sic semper prima
talis trisyllabæ deprimitur, qua
cũq; dictione præter encleticam
præcedente ut hic.



Sicut dictũ est per pphetã.
caput Ioãnis bap tistæ.
ipsum audite.

Trisyllabam, & hoc du
pliciter aut enim talis ha
bet penultimam.

Monosyllaba, &
tunc talis mono
syllaba semper de
primitur ut hic.



Dixit Maria ad angelum
Et clausa est ianua
Domine ut uideam.

Dissyllaba &
tunc ultima eius
depellitur ut hic



Nisi uideret Christũ domini
Illi soli seruias.

Breuem &
sic triplici
ter aut enim
ipsam præ
cedit dictio.

Polisyllaba, &
tũc talis si ha
bet penultimã
longã ultimã
sui deprimit ut



frater meus nõ fuisset mortuus
Sine me nihil potestis facere

Si uero talis polisyllaba præcedẽs habuerit pe
nultimã breuẽ, tũc
eius penultima cum
ultima detrudun
tur, ut hic



Propter filium hominis
In nomine domini.

Plusq̃ trissyllabam &
hoc dupliciter aut enim

Longam, & tunc talis antepe
nultimam sui cum sequentibus
deprimit ut hic
Breuem & tunc &c.



Et turbis iudeorum
Omnes generationes

talis habet penulti- mam,

Breuem & tunc illam sylla- bam deprimit quæ præcedit antepenultimam hoc est quar- tam à fine sui ut hic.



Benedicta tu in mulieribus
Ite ostēdite vos sacerdotibus
Circa frequens ministerium

In epistolis & sic consi- derantur du- pliciter aut enim sunt.

Declinabiles, & sic etiam secundum regulas de latinis dictionbus superius datas accentuantur ut hic.



Dixit dominus Isaiæ.
Et dic Ezechiæ
Nomine Ananias
Præcepit deus Israheli.

Indeclinabiles & sic quot quot syllabarum fuerint sem per penultima earum detru ditur ut hic.



Dixit Abra am.
Per prophetā Iohel.
Venit in Bethleem.

Si autem tales in clausula epistolari præce- dant immediate dictiones latinas dissyllabas in fine clausulæ positas, tunc talium dictionum barbaricarum eleuatur ultima, dictionis finalis latinæ depressa ut.



Ad achas dicens.
Abba pater.

Dictio- nes Barba- ricæ et Græ cæ si ponū- tur.

In euange- lijs & sic cō siderādæ sūt dupliciter āt enim sunt.

Declinabiles, iuxta formam dictionū latinarum & sic etiā accētui de latinis dictionibus dato subiacēt, ut in his exēplis



Dixit angelus mariæ.
Secundum Ioannem.



Dixit dominus Petro.



In bethleem Iude
Nomine emaus.
De tribu Aser.
In ciuitate Dauid
Genuit Iacob
Genuit Iesse.
Genuit Salatiel
Ge. Zorobabel
Genuit Eleazar
Genuit Isaac.
Ge. Iozaphat.

Indeclina- biles, et hoc dupliciter āt enim sunt.

Dissyllabæ tunc caput sui gra- uant ut hic.
Genuit Aram
Genuit Achas
Genuit Salmon

Polisyllibæ & tūc penultimā sui deprimūt syllaba īmedia te prædēte sursum protracta, ut ī his exem- plis.



In ciuitate nazaret
Infirmabatur Casarnaū

Secus stagnum genazaret
Perambulabat Iericho.
Nomen eius Elizabet.


¶ Orationum uero interrogatiuarum, siue ponuntur in lectionibus matutinalibus siue in prophetijs, siue in epistolis aut in euangelijs semper sunt acuto accentu pronunciāda, de qbus per ordinē exēpla patebūt, & primo de lectionibus matutinalibus et pphetijs.

¶ De lectionibus exemplum.



Indica mihi cur me ita iudices.
Quare hoc fecisti.
Quid tu uides Ieremia.
Quid uis fili mi
Quid faciam tibi o custos hominum.

De epistolis



Quis eni cognouit sensum domini.
Quid statis aspicientes in coelum.
Dic mihi quid habes in domo tua.
Saule saule quid me persequeris.

¶ De euangelijs.



Vbi est qui natus est rex iudeorum.
Quis reuoluet nobis lapidē ab hostio mo.
Quantum debes domino meo.
Quid hoc audio de te.
Simon diligis me plus his
Vt ueniat mater domini mei ad me.

Aliud exemplum,



Quomodo possunt haec fieri
An de aliquo alio
Quis est qui loquitur blasphemiā
An dicere surge & ambula
Rabi ubi habitas.
Quis es tu domine



Qualis est hic.
Quid fecisti
Quis peccauit.



Quomodo legis
Propheta es tu
Helias es tu.



Quē queris
Tu quis es.
Quid petam.



Quē queritis
Quid facitis.

¶ Similiter de clausulis responsiuis & relatiuis iudicandum est quia ut delicet tales etiam finem sui acuunt ut patet in his exemplis.



Nō sum
Septem
Es tu



Etiam
Possumus
Nescio



Non
Quis.

Tituli super accentuationem epistolarum beati Pauli.





Tituli sapientie.



Tituli libri Apocalipsis.



¶ De conclusione epistolarum.

¶ Coclusio regulariter debet fieri ad minimum in quinta, sexta, septima, ad maximum uero in octaua, nona, et non excedere debet nonarium numerum.


¶ Exempla.








Tituli sacri euangleij.



Initia euangeliorum.



¶ De conclusione Euangeliorum.

¶ Conclusio Euangelij in longa naturaliter syllaba debet fieri aut monosyllaba, & etiam ad minimum in quinta, sexta ad maximum uero in octaua & nona, ut in exemplis.







Impressum Cracouiæ, in ædibus Hieronymi Vietoris. Anno domini Millesimo quingentesimo uigesimo quinto.

OPVSCVLU MVSICES